

Werk

Titel: Copiosissima Evangeliorum Dominicalium Expositio

Autor: Bakius, Reinhardus

Verlag: lungius; Schmidius

Ort: Lübeck; Schleusingae

Jahr: 1640

Kollektion: VD17-nova

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN616188471

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN616188471>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=616188471>

LOG Id: LOG_0015

LOG Titel: Dominica post Circumcisionem Domini

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN616188331

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN616188331>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=616188331>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

*Iehova nomen
non ineffabile.*

men Iehovah non pronunciant, fed illud effe *Schemhamphoras* dicant, hoc eft nomen *feperatum* adeoque *αἶψα Φωνήτων*, quod legere quidem at non pronunciare liceat: Sed facrofanctum illud & auguftiffimum nomen *I E S U* quid aliud eft, quam nomen fuper omne nomen, Phil. 2. nullo majeflatis divinx nomine inferius, & tamen hic dicitur, illud nomen ab angelo non hieroglyphicè delineatum vel fignatum, fed *V O C A T U M*, h. e. difertis fyllabis *enunciatum*, eadem ratio eft omnium Dei nominum, quæ ideo multoties revelata funt, ut ea & annunciemus & pronunciemus, nec *affumtio* vel pronunciatio, fed *in vanum affumtio* & *prophanatio* nominis divini, in fecundo decalogi Præcepto eft prohibita. Abhorreant itaque Iudæi à pronunciatione & nominis Iehovah & nominis Iefu, Tu tamen, Christiane anime, annon toties confortaris, quoties recordaris? ad hoc nomen *fufpira*, in hoc nomine *refpira*, propter hoc nomen non *deffera*, fed *fpera*, & cum *Anshelmo de miseria hominis* his conclude: *Iefu, Iefu miferere dum tempus miferendi, ne damnes in tempore iudicandi, qui me creafli, non perimas, qui me redemifli, ne condemnes: qui me creafli tua bonitate, ne perdas opus tuum meâ iniquitate: Rogo piiffime, ne perdat meâ iniquitas, quod tua fecit omnipotens bonitas, recognofce benigniffime quod tuum eft, & abfterge quod alienum eft: Oblivifcere I E S U fuperbum provocantem & refpice miferum invocantem. Quid enim eft I E S U S nifi Salvator? Ergo propter temetipfum I E S U exurge in adiutorium mibi, & dic anima mea: SALUS TUA EGO SUM (Pfal. 35. v. 3.) Amen.*

Dominica poft Circumcifio- nem Domini, Evangelium, Matth. 2.

Digreffis autem illis, ecce angelus Domini apparet in fomnis Iofeph, dicens: Surge, & affume puerum ac matrem illius, & fuge in Ægyptum
Efto

Et esto illic, donec dixerō tibi, futurum est enim,
 ut Herodes querat puerum ad perdendum eum.
 Ille verò excitatus, assumpsit puerum et matrem
 eius noctu, et secessit in Ægyptum, et fuit illic us-
 que ad obitum Herodis, ut perficeretur, quod di-
 ctum fuerat à Domino per Prophetam, dicentem:
 Ex Ægypto vocavi filium meum. Tunc Hero-
 des, ubi vidit sibi illi sum fuisse à Magis, indigna-
 tus est vehementer, ac misissis satellitibus interfe-
 cit omnes pueros qui erant Bethleem, et in omni-
 bus finibus Bethleemiticis, quot quot essent bimul-
 li, aut minores, iuxta tempus quod exactè cogno-
 verat ex Magis. Tunc perfectum est, quod di-
 ctum fuerat ab Hieremia Propheta, cum ait: Vox
 in Rahma audita est, lamentatio, et ploratus et
 fletus multus. Rachel plorans filios suos, et noluit
 consolationem admittere propterea, quod non sint

Caterum defuncto Herode, ecce Angelus Do-
 mini in somnis apparet Joseph in Ægypto, dicens:
 Surge, et assume puerum et matrem eius, et va-
 de in terram Israel, defuncti sunt enim, qui que-
 rebant animam pueri. At ille surgens, assumpsit

puerum & matrem illius, & venit in terram Israel. Verum cum audisset Archelaum regnare in Judaa loco Herodis patris sui, timuit illuc abire, Sed oraculo admonitus in Somnis, secessit in partes Galileæ, ac profectus habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth, ut impleretur quod dictum fuerat per Prophetas, Nazarenus vocabitur.



Iculus Psalmi 22. agit, de cerva matutina, vel: de cerva aurora nec ullum est dubium, & in psalmo illo & in psalmo illius titulo describi CHRISTUM Servatorem, qui non immeritò *Cerva matutina* vel *aurora*, dicitur, respectu (1.) proprietatis & nature, ut enim de cervis dicitur, quod ob senium, oculis caligantes & viribus deficientes, serpentes halitu suo & vehementi aspiratione, è cavernis tractos, pedibus conculcent, deglutiant accensique veneno magno impetu ad fontes proruant, ut haustu aquæ, & venenim restinguant & simul senectam ponant, Plin. l. 8. c. 32. Augustin. in Psal. 42. Ita Christus spiritum habet in naribus, Esa. 2. contrivit caput infernalis serpentis, Genes. 3. mortem in victoriam absorpsit, 1. Cor. 15. ejus lues & venenum factus, Ose. 13. cum serpens ipsum inficere non potuerit, juxta canticum hujus temporis: *Sine serpentis vulnere de nostro venit sanguine, Halleluja, Die Schlang ihn nicht vergiffen funt/te.* (2.) cervæ Christus rectè assimulatur, respectu infirmitatis voluntaria, licet n. Hieron. in masculino verterit *אֵיִלֵּת* ajeleth, de Cervo matutino, Lutherus tamen & alii libentius retinuerunt *fœmininum*, ob voluntariam Christi infirmitatem, ut enim cervus cornibus quidem superbit & iis se defendit, *cerva* autem non item: Sic & Christus in mundum venit planè infirmus & omni auxilio destitutus, nudus in præsepio jacet, nec immeritò circa hoc tempus Ecclesia diceret: *Similis est dilectus meus capree hinnuloq.* Cant. 2. v. 9. *cerva charissima & hinnulus gratissimus, inebrient nos ubera*

ubera ejus, omni tempore, & in amore ejus delestemur jugiter, Prov. 5. v. 19. (3.)
 cervæ matutinæ confertur Christus respectu passionis & persecutionis, quæ
 ipsum manè admodum & maturè excepit, quamprimum nempe in
 mundum natus est: licet enim nonnulli per cervam auroræ intelligant,
 more Hebræorum, *cervam pulchram & formosam*, sicut Rex Babylonix
 dicitur: *Filius auroræ*, h. e. *rex formosus & pulcher*, Esa. 14. v. 12. manemus
 tamen nos in sententia B. Lutheri, qui cervam auroræ vel matutinam
 vertit: *von der Hündin / die früe gejagt wird / & verè manè admodum &*
maturè fugatus est Christus, attestante hod. Evang. quod Herodem de-
pingit, ut Venatorem crudelissimum, cujus Satellites licet, ceu canes rabio-
si, in Bethlehemitarum bimulos & trimulos vehementissimè sæviant,
cerva tamen illa aurora Christus, fugit in Ægyptum, & ibi tanquam in
asylo latet, donec mortui sunt, qui animam pueruli quærebant. ¶ Vel
assumas dictum, Psal. 129. v. 1. Multum afflixerunt me à juventute mea, dicat
Exod. 2.
Israel, multum afflixerunt me à juventute mea, sed non pravaluerunt mihi.
 Complectuntur hæc verba (1.) *statum Ecclesiæ miserum*, quæ se passam, ex
 mandato Davidis, conqueritur, non ab uno vel altero hoste semel, aut
 iterum, aut tertio, sed *multoties, multum, sapius, variè*, ab hostibus nempe
 tam variis & multiplicibus, imò tam furiosis & crudelibus, ut in He-
 bræo dicatur: *זָרָרְוּנִי זָרָרְוּנִי* *Zeraruni*, quod est obsidere, *undique premere*, LXX.
 reddiderunt, *ἐπολέμησας*, *bellum intulerunt*, & verè Ecclesiæ est Civitas
 DEI, quam extùs oppugnant, ab una parte Diabolus, ab altera Tyran-
 norum cumulus, intùs sunt Hæretici & falsi fratres, qui civilia quasi &
 intestina bella concitant, schismata nempe & hæreses varias, contra
 quas Ecclesiæ pugnandum, hinc *Militans* dicitur & *terribilis*, *ut castro-*
rum acies ordinat, Cant. 5. v. 9. Depingunt (2.) citata verba: *statum Ec-*
clesiæ perpetuum, conqueritur enim illa, se passam à juventute sua, &
 quidem, per emphaticam Anadiplosin, bis: *à juventute mea, imò à juven-*
tute mea, atque sic omni ætate, ita bellum movit Diabolus Evæ, Cain
 Abeli, Cham Noæ, Ismael Isaac, Esau Jacobo, Jacobi filii Josepho,
 quid perpeffi sunt Israelitæ & in Ægypto & in deserto, & in expugna-
 tione terræ Canaan, & sub Regibus, & in captivitate Babylonica? certè
 hostes ipsis nunquam defuerunt, nec nobis deerunt unquam, *Nunquam*
bella boni, nunquam discrimina defunt, & cum quo certet mens pia semper ha-
bet. Describunt (3.) verba citati Psalms: *Auxilium Ecclesiæ præsentissi-*
imum, cum illa addat: *Sed non pravaluerunt mihi*, serpens non prævaluit fe-
 mini

mini Evæ, Cain non prævaluit Abeli, non Cham Noacho, non Ismael
 Isaac, non Esau Jacobo, non fratres Josepho, & oppugnari quidem Ec-
 clesia vera potuit, expugnari autem non potuit, sed verum hoc ejus *Ἐπι-
 νικίων*: At non prævaluerunt mihi, juxta promissum: Nec porta inferorum ad-
 versus eam prævalebunt, Matth. 16. Jam vero CHRISTUS Ecclesiæ caput est
 & medicus, cur ergo non experiretur Caput, quod membra coguntur ex-
 periri? & cur Medicus non prius gustaret illud crucis poculum, quod
 Ecclesiæ suæ erat porrecturus? testatur certè hodiernum Evangelium
 etiam Servatorem nostrum, statim ab Infantia & à *juventute* sua, esse op-
 pugnatum ab Herode, qui ipsi bellum tam cruentum movit, ut omnes
 Bethlehemitarum cadant filiioli, Iesulus autem noster evadit, redit suo
 tempore salvus, & illud quasi *Ἐπι νικίων* canit: *Sapientius oppugnaverunt me à
 juventute mea, imò sapientius oppugnaverunt me à juventute mea, sed non prævalue-
 runt mihi.* ¶ Vel: Ut Spiritus S. dicitur: Spiritus veritatis, Joh. 16. ita
 etiam veritatem loquuntur omnes illi, qui hoc veritatis Spiritu agun-
 tur & impelluntur, testatur illud satis superque exemplum Simeonis, de
 quo nuper audivimus talia: *Ecce positus est iste in casum, & resurrectionem
 multorum in Israele, & in signum cui contradicatur: quin & tuam ipsius ani-
 mam trajiciet gladius, &c.* Mira hæc & veritati minus consentanea ali-
 cui poterant videri, cum hæctenus conditio Iesuli recens nati satis fau-
 sta visa sit, quæritur enim puer ut Rex ab exteris: stellam habet nataliū
 indicem: metuitur ab hostibus: adoratur: accipit munera regalia, &c.
 quis non diceret, summam hæc omnia *ἐν τῷ χ'αυ*, & rerum magnarum
 felicissimum declarare successum? Sed Spiritus ille sanctus, ut *veritatis
 spiritus* est, pios homines in *omnem* ducens *veritatem*; ita & Simeon, vir
 Spiritus sancti plenus, mentiri non potuit, sed veritatem, ex veritatis
 Spiritus revelatione, verè prædixit: Nuper enim ut habuimus *Vaticini-
 um*, ita hodie audimus *complementum*, nuper *Textum* habuimus, hodie
Glossa sive *Postilla* sequitur, manifestum jam est Iesulum multis in *ruinam*
 positum, manifestum jam est Iesulum esse *signum cui contradicatur*, imò
 manifestum jam est, quis sit ille *gladius* Mariæ penetrans animam, gla-
 dius videlicet *crucis*, cum Mariæ filiulus, unà cum parentibus, exul red-
 ditur statim infans, fugit hostes, confugit ad Gentes, ex quibus ipsum
 adoratum modò venerant Magi sapientissimi, cædes propter ipsum
 committitur, pereunt innocentes, inter quos ferro quæritur, &c. ut sic
 in Mariæ pectore triplex jam gladius fixus hæreat, Gladius scilicet *EXT-*

Exord. 3.

LII, Gladius MARTYRII in vicinis Bethlehemitarum liberis, nec non gladius *Metus periculosi* ob Archelaum Herodis successorem. Usque adeo Spiritus S. est *Spiritus Veritatis*, qui verissima per Simeonem prædixit, non tantum Mariæ, sed & nobis omnibus, ut quibus similiter paratus est, vel gladius EXILII, quandoque fugiendum & in exilium pro Orthodoxa veritate eundem cum Christo, vel gladius MARTYRII, quandoque cum infantibus Bethlehemiticis moriendum pro CHRISTO, vel gladius *metus perpetui*, propter impios Archelaos, quovis tempore occurrentes.

Ipsis autem regressis. ¶ Excellentia hujus historię satis indeliquet, quod Matthæus, juxta omnes circumstantias, eam describit, innuens: I. QUANDO fugerit Christus, nempe digressus jam Magis, & quidem, ut ex historia satis manifestum, post expletum Mariæ puerperium, nec non oblatum in templo munus: quoto autem anno hæc Christi fuga contigerit, primone statim post purificationem, an alterius initio, aut exacto jam biennio sciri non potest, sunt qui ponunt diem post Nativitatem plus minus 42. ut *Fr. Luc. Brucens.* p. 29. sunt qui ponunt biennium, ut *Epiphan.* & cum eo *Piscator* in notis ad v. 19. p. 25. *bimulus*, inquit, *ed est translatus.* Sed incerta hæc sunt, & cum Chronologici doctissimi asserant, Herodem Anno Christi secundo obiisse, prior sententia posteriori fortè præferenda. Ut autem tempus exilii hujus ignotum est, sic & de loco abitus sententiæ variæ sunt, Epiphan. dicit abiisse Dominum *ex Bethlehem*, consentit Hunn. in c. 2. Matth. Centuriatores nostri Magdeb. cent. 1. l. 1. c. 10. p. 291. ponunt *Hierosolyamam*, consentit Aug. l. 2. de conf. Evang. c. 1. quidam dicunt Iosephum mandatum de fuga accepisse *in timere Nazarethum versus*, Pelbart. in pomerio. Alii moti loco, Luc. 2. v. 39. terminum à quo, hodierni exilii, ponunt oppidum *Nazareth*, ut Theophyl. Anshelmaus, & *Piscator* in Northis, &c. Verum quis non videt hanc quæstionem fidei Articulum, non esse, unde suo unumquemq; sensu abundare permittimus. ¶ Monet autem hæc circumstantia DEUM nostrum gloriosum verè fidelem esse, & ultra vires tentare neminem, sed unà cum tentatione, exitum etiam præstat, ut sufferre queamus, 1. Cor. 10. v. 13. Cur enim fuga Christi accidit Magis jam regressis? utique in commodum Iosephi & Mariæ, fuga enim difficilior erat, Christus adhuc infans erat, parentes erant pauperuli, iter erat longinquum, tempus ad colligendas sarcinulas erat

*Quando fugerit
Christus.*

*Deus ultra vires
tentat neminem.*

exiguum, &c. prospexit itaq; DEUS, Mariæ & Iosepho, ante fugam sumptibus ad viam necessariis, cum Magi jam obtulerint sua munera, quæ ad sumptus levandos & peregrinationis incommoda toleranda utique faciebant. In consolationem omnibus Exulibus, quibus hodiernum Evangel. tot solamina exhibet, quot quidem verba continet, promittitur hic piis exulibus: *Viativi largitio*, in liberalitate Magorû: promittitur *hostium illusio*, in Herode: promittitur *hostium illusio*, in Herode: promittitur *Hostium preparatum*, sub terræ Ægyptiæ imagine: promittitur *admiranda liberatio*, sub illo Herodis epicedio: Mortui sunt, qui pueruli quærebant animam; talia si latius extenderis, veri utiq; manebunt versiculi illi: *Exul in exiliis exultes exule Christo,*

Exulis auxilium, qui fuit exul, erit.

*Quo momento
fugeris.*

Ecce Angelus Domini:] Altera hujus historiæ circumstantia est: quo quidem MONITORE fugerit Christus? nempe Angelo, eoq;e GABRIELE, juxta Orig. hom. 3. in diversos, pag. 434. qui propterea Domini dicitur Angelus, quia à DEO missus est, unde & obmittentis DEI, & ob missi Angeli majestatem additur illa attentionis vox: *idè*, ECCE. Nota autem hunc Angelum Domini apparuisse: I. Iosepho & non Mariæ matri, cur hoc? Eccius homil. 1. in die Innocent. pag. mihi 153. hanc ponit causam, quod Iosephus colloquio dignus fuerit angelico. Philippus autem Dietz tom. 3. conc. quadrip. p. 462. & alii hanc ponunt, quod Maria post Christi conceptionem adeo fuerit illuminata, ut omnia per Prophetas de Christo dicta intellexerit; Iosephum itaque ut infirmiore & imperfectiore, angelicâ revelatione, præ Mariâ, opus habuisse, &c. Sed quis non videt rationes has vanas esse, utique & Mater Domini angelico digna fuit colloquio, & si Maria omnia filio obventura novit, cur æque ac Iosephus admirata est super his, quæ quidem de puerulo dicebantur, Luc. 2. v. 32? veræ itaque rationes, cur Angelus Iosepho apparuerit, possunt esse, quia (1.) Iosephus constitutus erat pueruli tutor, quia (2.) erat infantis Christi Receptor, quia erat (3.) & matri virgini & filio infanti de rebus necessariis ordinatus prospector, quia (4.) indicare hoc ipso Deus voluit, mulieribus, observantiam maritis debitam, adde (5.) quod præsens negotium non pertinebat ad domestica, quæ quidem mulieres concernunt, Tit. 2. v. 5. Notetur II. Iosepho apparuisse Angelum, pueris suos destinatos esse Angelos novimus ex Matth. 18. v. 10. novimus Angelum præfuisse & profuisse puerulo Ismaeli, Genes. 21. v. 18. novimus celestes Mahanim co-

im comitatos esse Jacobi liberos, Gen. 32. v. 1. cur itaque non hoc etiam loco Angeli excubias agerent circa illum, cui toties servierunt, & in conceptione & in nativitate? Notetur III. Angelum apparuisse Josepho, κατ' ὄναρ per somnium, in Hebræo Matthæi Evangelio somnus Josephi dicitur שְׁנָה Schena, significat somnum profundum, & per multas horas continuum, quia Joseph, ceu faber lignarius, labore diurno probè defatigatus, placidè dormit, jam autem cogitur dulcem finire quietem, quia corporis cura nobis quidem Christianis non interdicitur, sed sua Naturæ debita persolvenda utique sunt, quo pertinent victus, amictus, quies etiam debita & à laboribus, suo loco & tempore, remissio; Sed deinceps maturè ad vocationem & alacriter redeundum est, præsertim si Christo in Scholis & Ecclesiis inserviendum, ibi: *septem horis dormisse sat est juveniq; seniq;*, &c: *dormit securè cui non est concio cura*, surge ergò piger, quamdiu dormies Prov. 6. v. 9. Notentur IV. circa Josephi somnium, revelationes Dei olim varias fuisse, aliis (1.) *de facie ad faciem* locutus est, ut Adamo, Mosi, Eliæ, &c. cum aliis (2.) *per Angelos*, ut Patriarchis: cum aliis (3.) *per Prophetas*, ut populo Judaico: cum aliis autem *per visiones*, seu diurnas seu nocturnas, quæ & Patriarchis & Prophetis usitatæ: ad modum secundum nostra pertinet historia. Alii V. T. revelationes distinguunt in (1.) *Alloquium*, Exod. 31. v. 11. (2.) *visiones exstáticas*, Jeremiæ cum primis familiares, (3.) *Urim & Thumim*, Exod. 28. v. 22. (4.) *Somnio* Num. 12. v. 6. (5.) *Angelos*, Gen. 19. v. 32. Vel apparitio olim fuit, vel (1.) *Ocularis*, cum Deus vel Angeli certâ assumserunt formam, in eaq; visi, Gen. 18. Iud. 6. & 13. vel (2.) *Vocalis*, cū Dei vel Angelorum vox à vigilantibus audita, sicut Exod. 19. vel (3.) *Intellectualis*, cum Deus piorum mentes elevavit, & occulta eis revelavit, vel in exstasi, 2. Cor. 12. v. 2. vel sine exstasi, 2. Reg. 3. v. 15. & 25. vel (4.) *Imaginativa*, quæ fit nec per sensus externos, nec per intellectum, sed per certas imaginum species, &c. ¶ Suppeditant itaque hæc, I. insignem Consolationem inde redundantem, quod præsidium divinum piis ubique & semper adest, sive vigilent sive dormiant, in primis verò dormientibus adsunt Angeli, ut Iacobo, Genes. 28. v. 12. ut Eliæ, 1. Reg. 19. v. 5. ut Petro, Actor. 12. v. 7. imò hodieque cum pii dormiunt, h. e. cum auxilium divinum minimè expectatur, cum minimè ad resistendum instructi sumus, cum maximè nostri sumus negligentes, cum extremè periclitatur nostra salus, adsunt administratorii illi spiritus, Hebræor. 1. v.

Revelationes
DEI olim vari-
ria.

Deus etiam dor-
mientibus nobis
vigilat.

An cuilibet ad-
ditus suus An-
gelus.

14. Psal. 34. v. 8. 91. v. 11. Matth. 4. v. 11. Oremus itaque, ut dormientibus nobis Angeli vigilent, cum Ecclesia canentes: *Wesshl dein Engel das er komb/vnd vns bewach dein Eigenthumb / Gib vns die lieben Wächter zu / das wir vorm Sathan haben Kush.* ¶ Quæritur II. an cuilibet Christiano peculiaris additus sit Angelus? cum Angelus Iosephum iisdem planè verbis ter alloquatur, Matth. 1. v. 20. 2. v. 13. & 19. videri posset, quod unus idemque Angelus Iosepho proprius & quasi familiaris hic describatur, unde orta est Hieronymi, Origenis, Lombardi l. 2. sent. dist. 11. ut ex Papistis hodiernis, Stapletoni, Lorini & aliorum sententia, quod unicuique homini, urbi, populo, suus, & quidem peculiaris additus sit Angelus, id quod hodierni Papistæ certissimum esse putant, ex loco Act. 12. v. 16. unde suum quivis Papicola angelum hinc adorat:

*Angele, qui meus es custos, virtute supernâ,
Me tibi commissum protege, defende, gubernâ.*

Verum etsi negari nequit, unum aliquando Angelum in Scripturis assignari, Populo Israelitico, Dan. 12. v. 1. Regno Persico, Dan. 10. v. 13. parvulis, Matth. 18. v. 10. peste periclitantibus, Psal. 91. v. 11. &c. exinde tamen probari & definiri nequit, unumquemque suum proprium, peculiarem & à Baptismi tempore, perpetuum hunc vel illum habere Angelum, sed illa potius consolatio jucunda est, quod circa unum hominem, aliquoties ingens Angelorum exercitus fuit sedulus, ut 2. Reg. 6. Gen. 32. Psal. 34. & 91. Luc. 15. unde certum quod universa Angelorum militia, militanti serviat Ecclesiæ & cingant unumquemque pium, modò plures & modò pauciores angeli, Hebræor. 1. Quod ad locum Act. 12. malè profectò pontificii concludunt, licet enim dicam: Hic Condiscipulus est Andreæ, non tamen sequitur, quod sit solius Andreæ proprius, peculiaris & perpetuus condiscipulus: sic etsi credentes dicunt, captivi Petri Angelum adesse, non tamen sequitur, hunc Angelum peculiariter, & tantum inserviisse Petro, sed Petri angelus potuit etiam Pauli, nostri Iosephi & aliorum Sanctorum Angelus esse, & certum est, Petro non tantum hunc, sed & multos alios angelos alio loco & tempore inserviisse, quid, quod verba fidelium Act. 12. dubitative in Syriaca versione ita sonant: *FORTASSE Angelus ipsius est, Melführer.* ¶ III. Quæritur etiam hic, quid de inlominis statuendum? Sunt illorum

De inlominis.

rum

rum quædam (1.) *Vaga & vana*, nihil præfagientia, ex spirituum jactatione orta, de quibus Syr. 34. v. 1. & seqq. Eccles. 5. v. 6. & Versiculi:

Somnia ne cures, nam fallunt somnia plures,

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,

Et pavidas mentes, falsa timere, jubent.

Alia (2.) sunt *Physica*, orta partim ex rebus de die conspectis & tractatis, juxta versum:

Causidicis lites, Aurige in somnia currus,

partim ex temperamentis & humoribus, de quibus in Medicina agitur, partim etiam, ex animi affectibus, de quibus suo etiam loco. Alia (3.) sunt *Diabolica*, quæ ita agnoscuntur, quod vel semper obscæna, dubia & æquivoca, verbo revelato contraria, imalumq; usque suadentia. Alia autem (4.) sunt *Divina*, de quibus Scriptura refert, quod Deus per somnia quandoque *terrorerit*, ut Abimelechum, Gen. 20. quandoque *Consolatus sit*, ut nostrum Josephum, Matt. 1. quandoq; *docuerit*, ut Magos, Matt. 2. quandoque *prædixerit*, Josepho Gloriam, Gen. 37. Pistori autem ignominiam, Gen. 40. quandoque verò, per somnia futura, Deus prædixit, ut Abrahamo, Gen. 15. Pharaoni, Gen. 41. Nebucadnezari, Dan. 1. & ita, juxta Dn. Meisnerum, hæc agnoscuntur somnia, (quamvis ob raritatem difficilior) si nimirum agant de rebus verbo non contrariis, si vergant ad DEI gloriam, proximi, Ecclesiæ & propriam hominis salutem, si que animus singulariter commoveatur, quasi vi divina tactus: Aristoteles ergò, quando dixit, à Deo nulla esse aut immitti somnia, ceu futuror ultra crepidam sapuit. Et quæritur porro, an talia, hodieq; somnia nos expetere debeamus, Resp? Negativè, quia (1.) verbum habemus & filium, per quem Deus ultimò ad nos locutus, Hebr. 1. v. 1. quia (2.) curiosus foret velle scire futura, *Tu præsens cura, Domino committe futura*, Eccles. 7. v. 15. quia (3.) superciliosum, à mediis discedere ordinariis, ad Legem & testimonium, Esa. 8. habent Mosen & Prophetas, Luc. 16. quia (4.) stolidum, vanis se macerare curis de rebus futuris, sufficit unicuiq; diei sua cura, Matth. 6. v. 34. quia (5.) periculosum est, ne diabolica somnia pro divinis arripiantur, cum Satanas etiam, in angelum lucis se transformet, 2. Cor. 11. v. 14. Proinde si boni quid promiserunt somnia, non efferamur, sed precemur, si mali quid portendant, non desperemus, sed deprecemur, imò, & in bonis & in malis, divinæ Voluntati nos submittamur, &c. ¶ IV. Quæritur etiam hoc loco: an Angelorum

*Non expetenda
Angelorum ap-
paritiones.*

apparitiones hodie que expetendæ? Resp. Deo equidem modus, quo- modo cum hominibus agere possit, non præscribendus, interim tamen si quis angelicas jactet apparitiones, illi sciendum se gloriari, de re & *extraordinaria, & periculosa, & frustranea*. Ordinariè remittimur ad verbum, Luc. 16. v. 31. & ad Christum audiendum, Matth. 3. & 17. Heb. 1. v. 1. ad hæc genius ille, qui tibi apparet, quis novit an bonus an verò malus, cum tenebrarum etiam princeps in lucis angelum se transformet, 2. Cor. 11. v. 14. Tandem supervacaneum est, de Angelorum gloriari apparitione, prædicant enim illi, vel scripturis consona, & sic novi nihil audis: vel scripturis dissona & contraria, at tales etiam angelos Paulus anathematizat, Galat. 1. & quis tutò credere potest glorianti de angelorum revelationibus, cum omnes ferè hæretici hoc fecerint: *Manichei* visiones jactitarunt: de *Montanistis* idem refert Epiphanius. Tom. 1. l. 2. *Mahomet* consiliarios suos dixit Michaelem & Gabrielem: sub Papatu quoties gloriati sunt *Monachi* de angelorum apparitionibus, quorum etiam pennæ inter reliquias repertæ: *Zyvingli monitor*, ater an albus, huc etiam spectat. His omnibus fortè an territus Augustinus, orasse fertur, ne angelus sibi appareret, cum scriptura sufficiat: consentit Lutherus, super cap. 37. Gen. ita scribens: Ich habe mit Gott meinem Herrn einen Bund gemacht/ daß er mir nur kein Gesicht oder Träume / auch dazu keinen Engel senden wolle/denn ich bin mit diesen Gaben gar wol zu frieden/ vnd lasse mir daran gern genügen / daß ich die heilige Schrift habe / die mich reichlich lehret vnd berichtet alles des / so beydes zu diesem / vnd auch zum künftigen Leben / zu wissen von nöthen ist. Dieser heiligen Schrifft glaube ich/vnd bin damit zu frieden/bin auch gewiß/ daß ich dabey nicht kan betrogen werden. Wil aber damit gleichwol andern ihre Gaben nicht abbrechen/da vielleicht einem ausserhalb der Schrifft/ Gott etwas würde offenbahren/durch Träume / Gesichte / oder durch die Engel. Ich lasse zu / daß es Gaben seyn / aber ich achte vnd begehre mir derselben nicht/ dazu mich dann beweget/ daß so vnzuehlich viel Gespenst/ Lügen/ Verblendung des Gesichts vnd anders Betrugs gewest / damit die Welt erschrecklicher Weiß im Papstthumb eine lange Zeit vom Teuffel ist behöret worden. Zu dem/habe ich auch diese Ursach/ daß die heilige Schrift gnugsam ist / vnd wo Ich derselben nicht würde gläuben/ so werde ich warlich auch nicht leichtlich/weder Engeln/noch Gesicht/noch Treumen gläuben/Hactenus sanctus sanctus Lutherus.

Surgens accipe puerum & matrem ejus & fuge.] Tertia historiae hujus jucundissimae circumstantia est: **QUOMODO** servari debeat Iesulus noster: **FUGA** scilicet, idque angelo talibus monente verbis, quae in hac historia, quater repetuntur, nempe in gemino angeli mandato, ut & in gemino Iosephi obsequio: *Surgens accipe puerulum cum Matre, & surgens accepit puerulum cum matre*, unde dignissima erunt haec verba, sedulâ consideratione. Notetur (1.) quod Iosephus debeat assumere, non aurum, non argentum, non suppellectilem sed puerum, daran ist alles gelegen / festina cum puerulo, nec suppellectilem tuam attende, sicut Ioseph fratribus suis dicebat, Gen. 45. v. 19. credibile itaque est Iosephum, ob festinationem nimiam, nihil assumpsisse viatici, præter auri illius Persici portiunculam, *Der liebe Joseph hat alles verlassen müssen / was er zu Bethlehemi gehabt / ohn daß er irgend / in einem Bündlein / vom präsentirten Gold vnd Specereyen / zum Zehrgeude etwas wird mitgenommen haben / das mag ja heißen: Advenit in terras egens fata nostra condolens, Er ist auff Erden kommen arm / 1c. Es war dieser Himlische Creutz Herr in vnser Elend kommen / drum kan er auch des Elendes nitgend sich erwehren / Bethlehemi hospitium non invenit, hactenus à Iosepho duro manuum labore ægrè Nazarethi sustentatus est, jam omnibus relictis, in exilium cum parentibus abitu luctuosissimū, Du heiliger Creutzträger vnd Armuths Patron ! verè crucem tuam in ipsa statim nativitate, dorso quasi impressam, tecum attulisti, sicut ille Saxoniae Dux, fac ergo, ut tua inopia sit mea copia, tua indigentia sit mea abundantia, tua paupertas sit mea ubertas? 2. Cor. 8. Notetur (2.) quod in fuga Moysis, ut & Iacobi, semper quidem uxores præponuntur, liberi autem sequuntur, hoc pacto: *da mihi mulieres & liberos meos, & dimitte me*, Gen. 30. v. 26. noctu a. surrexit Iacob, assumens uxores suas duas & ancillas duas & liberos undecim, Gen. 32. v. 22. Item: assumpsit ergo Mose uxorem suam & liberos, Exod. 4. v. 20. quæ fuga Moysis licet fugæ Christi excellens typus fuerit, hîc tamen ordo invertitur, & iubetur Iosephus assumere, non uxorem suam, sed puerum ante omnia, dein matrem, de quo ordine Chrysost. hom. 2. oper. imperfecti pulchrè: *Non dicit (Angelus) accipe matrem & puerum ejus, sed è converso, quia non propter matrem puer natus est, sed propter puerum mater preparata est.* Puer itaque matre dignior est & superior, propter eum fuga fit, non propter eam, eum & non eam perdere Herodes intendebat. Notetur (3.) quod angelus circumspice*

7.

2.

3.

Etè admodum hîc loquitur: dicit assume puerum, *Das Kind*, sed non
 puerum Tuum, *nicht dein Kind*/ Iosephus enim pater erat *putativus* sal-
 tem, pater *curæ non naturæ*, Maria autem cum vera hujus pueruli Mater
 sit, ideo nominatur illa, sed vicissim circumspicè admodum, Matth.
 1. vers. 20. jubebatur Iosephus assumere *uxorem* suam, hic autem non
 uxor, sed *Mater*, dicitur Maria, quia ibi Iosephus admonebatur officii
 sui *MARITALIS*, quod videlicet deserere non deberet, cui fidem conju-
 gii dederat: hîc autem majus quid est, quod scil. Iosephus curare de-
 beat, non tam Mariam, quam illum puerulum, cujus Mater Maria fa-
 cta, unde Glossa interlin. pulchrè: *Hic Ioseph non quasi maritus, sed ut nutri-
 cius & custos adsciscitur.* Notetur (4.) quod Iosephus præsens negotium
 jubetur expedire *Noctu*, vel quia fuga latere debebat vicinos, ne illi
 puerulum aut quærerent, aut proderent, aut insequerentur: vel quia
 Herodis Satellites sanguinarii jam in propinquo erant: vel, quia facilius
 in illis terris erat nocturna peregrinatio, cû diurno æstu magis lædi ipsi
 possent & impediri festinatio. Jucunda etiam est allegoria Glossæ or-
 dinariæ, quæ dicit: *Nocte abit, quia ignorantia noctem illis, à quibus discessit,
 incredulis reliquit: quando autem redit, noctis mentio non fit, quia in fine mundi
 Indæ fidem, tanquam Christum ab Ægypto revertentem, suscipientes, illumina-
 buntur.* Notetur (5.) quod Iosepho dicitur: *Fuge*, res sanè mira & o-
 mnem omninò rationem transcendens, etenim fuga ferè omnis per se
 inhonesta videtur, sive pacis tempore ex natali solo fiat, sive in bello ex
 acie, & qui animo generosiori præditi sunt, in acie mori potius, quam
 turpiter fugiendo, hosti tergum vertere volunt, cur ergo fugere debet
 is, à cujus conspectu fugit terra? Apoc. 20. v. 11. cur fugiet is, à cujus in-
 crepatione fugiunt aquæ? Pl. 104. v. 7. quomodo fugiet is, quem mare
 vidit & fugit, & Jordanus conversus est retrorsum? Pl. 114. v. 3. quomo-
 do fugiet unius caduci vermis minas & tyrannidem is, à cujus conspe-
 ctu fugit cælum & terra, & locus illorum non est inventus? Apoc. 20.
 v. 11. quomodo fugiet is in Ægyptum, qui Israëlitas quondam jussit
 fugere ex Ægypto? Exod. 12. *si refugium fugit, si defensio non defen-
 sat, si fortitudo formidat, si timet virtus, si migrat præsidium, si late-
 scit auxilium, quæ vita? quæ spes? quæ securitas? quod munimen?* Chrysost. serm. 150. & 151. fugit
 Hagar, & reprehenditur, Gen. 16. fugit Jonas, & à pisce deglutitur, Jon.
 1. quomodo itaque Christi autoritas non minuetur? quomodo Ma-
 riæ & Iosephi fides non periclitabitur hac fugâ? Et sanè nulla videtur
 esse

*Fuga Christi
 maxime admi-
 randa.*

esse ratio, cur fugiat Servator, cum DEUS filium suum, mille modis aliis potuerit servare, potuisset invisibilis latere puer ita, ut in eo quærendo Herodis Satellites fallerentur, id quod Sodomæis olim & Syris accidit, Gen. 19. 2. Reg. 6. vel, ut Herodes regno eijceretur, id quod postea ejus filiis & nepotibus accidit: vel furiis Herodem agitandum permittere potuisset Deus, & ut merebatur, è vita sustulisse, id quod non multò post factum est: vel, quidni dicas, potuisset Deus Tyranno sanio rem dare mentem, ut vel à cæde abstineret, vel quod simulanter prius erat professus, re ipsa jam præstaret: imò, ut alius dicit, facile Deo fuisset Tyrannum vel tollere, ut Herodem Agrippam, Actor. 12. vel ejus consilium evertere, 2. Sam. 17. v. 14. vel cor mutare, Prov. 21. v. 1. vel impedimentum injicere, 1. Sam. 25. vers. 27. vel cœcitate eum percutere, 2. Reg. 6. v. 18. & c. imò, ut moreretur, in mundum venit CHRISTUS, Matth. 20. v. 28. cur ergò in ipsa statim infantia mortuus non est? cur ipsi fugiendum fuit? Resp. Messias pati mutus non debuit, sed ejus etiam officium fuit docere, vocare discipulos, explicare Scripturam, convincere errores, Hierosolymæ fata prædicere & alia innumera præstare viva voce in his terris, quæ non minus prædicta erant per Prophetas, quam ipsa Christi mors & passio. In infantia itaq; Christus pati non debuit, quia ipsius hora tum nondum venerat, ut cum Johanne Evangelista loquamur, spectat huc Typus, de agnello in lacte non coquendo, Exod. 23. v. 19. Enodemus ergo quæstiones: ¶ I. Cur Christus fugâ saluum se præstiterit, cum aliàs mille potuerit modis? Nos removebimus 1. causas falsas, 2. ponemus veras. Fictæ causæ exilii Christi à nonnullis hæ ponuntur: *Pelbartus* (1.) in concione 3. de Innocent. dicit fugisse Christum, ut majestatem & potestatem suam exereret, id quod probat fabulâ latronis adorantis Christum in via. Sed in fuga ostendit Christum humilitatem potiùs & exinanitionem voluntariam, quam majestatem, hanc enim si proderè voluisset, utique Tyrannum Herodem & omnes ejus milites tollere potuisset, id quod majoris fuisset majestatis. *Iodocus Nahumi* (2.) tom. 1. post Calend. Jan. p. 103. hanc fugæ Christi causam affert, in Ægypto ut Messia exhibitio innotesceret, eò Deus cum Messia incarnato Iosephum & Mariam, publicos Christi confessores, misit, conveniunt his verba *Theophylacti*: In Ægyptum fugit, ut eam sanctificet, duæ enim sunt regiones omnis nequitie officina, Babylon & Ægyptus. Babylonem per Magos suscepit adorantem, Ægyptum autem sua sanctificavit presentia: imò consentiunt o-

*Fuga Christi
causa ficta.*

mnēs illi, qui dicunt idola Ægyptiaca præfente Chrifto deftructa, juxta Vaticanium, Efa. 19. *Ecce Dominus afcendet fuper nubem levem, & ingredietur Ægyptum & movebuntur fimulachra ejus:* fed vaticinium hoc loquitur, non de corporali Chrifto ingreffu, in Ægyptum, fed de fpirituāli, per Apoftolos in N. T. facto, cujus virtute verè & idola funt deftructa & Idololatria: ex Judæis (3.) *Rabbi Abraham* dicit propterea Chrifto fugiffe in Ægyptum, ut per duos, quos ibi commoratus, annos, Magiam addifceret, referente Münftero in Evangel. Matthæi Hebræo ad fin. c. 2. Sed ille, qui infans & deportatus & reportatus eft, quomodo potuit addifcere Magiam, & Magus ille tenellus, cur ante annum ætatis tricefimum nulla edidit miracula? *inrepet in te Deus Satan!* Assignabimus itaque aliquot fugæ Chrifto veras caufas, 1. eft: Ut fe verum hominem effe doceret, per omnia nobis fimilem, tentatum in omnibus, Hebr. 2. v. 17. 4. v. 15. *fi enim à prima prorfus infantia mirabilia monftraffet, homo, procul dubio, creditus non fuiffet*, Chryfoft. hom. 8. p. 76. *Fugit Dominus, ut credatur quod revera homo fit, nam fi in manus Herodis incidiffet & occifus non fuiffet, fuiffent opinati, incarnatum eum apparenter*, Theophyl. in h. E. *Caufa fugæ CHRISTI*, 2. eft, ut nos ex Paradifo fugatos revocaret, unde Theologi *exilium aliud vitale & aliud mortale dicunt, mortale eft Adami, vitale autem eft Chrifto*. *Caufa 3. eft: Ut regni qualitatem delinearet, fe fcilicet non regem mundanum, nec ἡγεμόνα τῆς γῆς, fed αἰετίον in terris ἡ ἐξόμοιον effe* Matth. 8. v. 20. Joh. 18. v. 36. *Caufa 4. eft: Ut Ecclefiæ & piorum conditionem depingeret, etenim:*

Exul erat Chrifto, comites nos exulis hujus,

Effe decet cujus nos quoque membra fumus:

peregrini fumus & advenæ, Pfal. 39. v. 14. locum hic manentem non habemus, Hebr. 13. politevma noftrum in cœlis eft, Philip. 3. v. 20. Cauſa 5. eft: Ut gentium vocationem propinquam innueret, fugit enim in Ægyptum, ut perfidiam Iudæorum, per fidem gentium caſtigaret, quia Dominum fuum, quem Iudæa fugaverat, Ægyptus obfequenter fufcepit, ut Eccleſiam Synagoga, & Iudæis gentes anteponendas in fide, per fuam panderet figuram, Chryfoſt. ferm. 151. & verè mira hic indicatur viciffitudo, qua innuitur, quod Ægyptus fit futura Iudæa, Iudæa verò & Hierufalem vera fpirituāliter Sodoma & Ægyptus, ut Iohannes teſtatur, Apoc. 11. v. 8. Cauſa 6. eft: Ut media non contemnenda oftenderet, vulgari enim via, fuga fcilicet, ideò ſervatus eft Chrifto, quia ſi ordinaria media ſuppetunt, extraordi-

*Vera Cauſa fuga
Chriſti.*

dinaria non adhibet DEUS, nec respicit, quid possit facere, sed quid deceat ipsum facere, & quid sit conveniens rationi & naturæ rei, August. Causa 7. est: Ut passionis horam nondum advenisse indicaret, cecidit tempori non Herodii, Chrysost. serm. 150. Bellicosus quod in bello fugit, artis est non timoris: DEVS quando fugit hominem, Sacramenti est, non paveris: potens quando se subducit infirmo, insequentem nõ paver, sed foras producit, vult enim in aperto vincere, qui publicam referre cupit ex hoste victoriam: Fugit itaq; & Christus non formidine humanâ, sed dispensatione divina fugit non necessitate, sed potestate. Fulgent. in Serm. de Epiphân. Causa 8. est Typus Iosephi, Moïsis, ut & Davidis, in Najoth, 1. Sam. 19. v. 19. de vaticinio Osee postmodum agemus. ¶ II. Quæritur, quid de fuga sentiendum? fugam Christi fugarum nostrarum, tam exemplo quam merito, consecrationem esse, certum est; & profectò vera Ecclesia sã pissimè nõ aliter consulere sibi potest, nisi per fugam, Apoc. 12. v. 6. ut itaque nonnulli fugiunt in persecutione; nonnulli in peste; nonnulli in fame & annonâ; & nonnulli in prælio, ita in singulis videamus speciebus, quatenus fuga, ad Christi exemplum, licita vel illicita, PERSECUTIONEM (L.) quod attinet, ita tenendum: si persecutio sit PUBLICA totius Ecclesiæ, & verò Ecclesia illa Ministrum aliquem non dimittat, vel in locum tutiorem abire jubeat, ut ita Minister ille non sibi, sed Ecclesiæ potius conservetur: tunc sane fugere non licet, quia talis fuga Mercenarium facit, Joh. 10. abnegat Christum, Matth. 10. v. 32. deserit officium, patrociniū denegat veritati, negligit juvandos, docendos, erigendos & confirmandos; dat infirmis scandalum, hostibus ansam blasphemandi præbet, &c. hætenus itaque manendum, in acie fortiter standum, idem cum Ecclesia sustinendum, in DEI potentia, voluntate & promissione acquiescendum, Si a. persecutio sit PRIVATA, soli parata ministro, & verò Ecclesia aliis gaudeat Antistitibus ita, ut uno illo ministro sine damno carere possit, tunc sanè fugere licet, quia talè fugam Christus jubet, Matt. 10. v. 23. Natura suadet, Eph. 5. v. 29. temeritatis periculum jubet, Syr. 3. v. 27. Matt. 4. v. 7. confirmant exempla, Moïsis, Exod. 2. Eliæ, 1. Reg. 17. & 19. Abiathan, 1. Sam. 22. Davidis, 2. Sam. 16. Christi, qui fugit in infantia, Matt. 2. in virili ætate Joh. 8. Matt. 12. v. 15. 14. v. 13. Pauli, qui fugit Hierosolymis, Act. 9. v. 30. Damasco, 2. Cor. 11. v. 32. Actor. 9. v. 25. Petri, Act. 12. v. 17. Polycarpi, Euseb. l. 4. c. 15. Athanasii, Socrat. l. 3. c. 13. l. 4. c. 20. Ambrosii, apud Paulin. in vita ejus. Si fugere mihi turpe est, vobis innocentem, me persequi, turpius est, inquit,

Quando fuga
concessa & pro-
hibita.

I.
In persecutione.

Athanas. apud Socratem l. 3. H. E. c. 6. & Nazianzenus Marci Arethufii fugam purgat præcepto Christi, Matth. 10. v. 23. *Primus enim victoria titulus est, gentilium manibus apprehensum Dominum confiteri, secundus ad gloriam gradus est, cautâ secessione subtractum Dominum reservari*, Cyprianus ferm. de lapsis. PESTEM (2.) quod attinet, si officii ratio non impediat, si proximi salus non prohibeat, si que nullum præbeatur scandalum, fugere sanè licet, & commercia hominum, & ipsas infectas tum civitates tum regiones, quia Medicina non temnenda, Medici autem suadent, & fugam, & liberio rem seu puriorem aerem, juxta versus:

Hæc tria lethiferam pellunt Adverbia pestem:

Mox, citò, tardè, cede, recede, redi.

Si autem communio, aut proximus, tempore contagii, carere non possit **TE** Pastore, Magistratu, Medico, Curatore, Famulo, Chirurgo, &c. tunc fugere non licet, quia talem fugam dissuadent: *Scriptura*, Matth. 25. Jac. 1. v. ult. Syr. 7. v. 39. Psal. 41. v. 1. *Lex Charitatis*, Lev. 19. v. 18. Matth. 22. v. 39. 1. Johan. 4. v. 21. *nota vera Charitatis*, 1. Johan. 3. v. 16. Rom. 12. v. 10. Jac. 2. v. 16. *Exemplum Christi*, 1. Pet. 2. 1. Johan. 3. *Exempla piorum*, 2. Sam. 24. Esa. 38. Exod. 9. Num. 21. *propria nostra indigentia*, hodie mihi, crasti tibi, Syr. 38. v. 23. Matth. 7. v. 12. *membrorum nostri corporis ovum patris & matris*, Rom. 12. 1. Cor. 12. *gemitus derelictorum*, Psal. 10. Syr. 35. *sceleris gravitas*, cum ita fugientes homicidium committant, 1. Joh. 3. v. 15. *Exempla Ethnicorum*, ut Q. Curtii & aliorum pro patria mortuorum: *Irritus conatus*, cum **DEI** manus nemo possit effugere, Ion. 1. Psal. 139. v. 8. Amos 9. v. 2. Esa. 7. v. 9. Proverb. 10. v. 24. Matth. 10. v. 39. 16. v. 26. *Larga tandem promissio*, Psal. 91. Luc. 10. v. 19. Marc. 16. v. 18. Act. 28. v. 5. Syr. 17. v. 2. 37. v. 28. In peste autem si talis moritur, ad brabeon æternæ felicitatis promovetur, Apoc. 2. v. 10. c. 14. v. 13. Matth. 25. vide Mehlfuhreri thes. 16. 17. 18. undè hæc bonam partem transumpta. In **FAME** (3.) & annonâ similiter, si nostrum officium & proximi indigentia non prohibeant, fugam concessam docent exempla, *Abrahami*, Gen. 2. *Isaci*, Genes. 25. *Jacobi*, Gen. 46. *Elimelech*, Ruth. Lut. & dictum, 1. Timoth. 5. v. 8. Tandem in **BELLO**, licet fuga & terror panicus peculiaris **DEI** poena sit, Deut. 28. Iud. 20. Ios. 7. & passim *galeati lepores* pessimè audiant, cum satius sit, vel eenties honestè accumbere pro patriâ, aris & focus, quàm semel turpi fugâ stationem deserere: quandoque tamen fugere honestum est, cum scilicet circumveniendus hostis, Johan. 8. v. 6. vel quando universalis strages metuen-

II.
In peste.

III.
In Annonâ.

IV.
In bello.

metuenda, Iud. 20. 1. Sam. 4. ibi qui stat cadit, qui autem fugit denuo pugnare potest.

In Ægyptum.] Quarta jucundissimæ hujus historię circumstantia est: **QUO** fugere debeat Christus, videlicet in *Ægyptum*, consideremus itaque & locum, & causas cur hic & non alius electus locus. Quoad prius, Ægyptus sanè tempore Iosephi Patriarchæ imperium fuit benè constitutum, ut videre est, ex Psal. 105. v. 22. sequentibus autem temporibus semper malè audiit Ægyptus, tum ob duram Israelitarum in Ægypto servitutem; tum ob Regum Israel captivitates, tum ob singularem Ægyptiorum impietatem, superstitionem & idololatricam, cui omne ferè bestiarum genus consecrarunt; tum ob magicas artes & incantationes, quapropter Ægyptios *Diabolicos Idololatrias* nominat Herodot. l. 2. Ægyptiorum certè dementia exagitur apud Ciceronem, qui in Tusculanis dicit: *Ægyptiorum imbutæ mentes prævis erroribus, quamvis carnificinam prius subierint, quam Ibim, aut aspidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum violent.* Sic apud Homerum 4. Odyss. Helena sua etiã medicamenta habet ab Ægyptiis: apud Græcos etiam nota sunt verba *αἴγυπτιοίτιν & αἴγυπτιοίτιζες*, quibus utuntur pro *πνευματικῶν ἀποσέσθαι*, significantes Ægyptiorum malitiam. Israelitis cum primis, quid erat Ægyptus aliud, quam terra hostilis, barbara, & planè interdicta, patrum suorum domus servitutis, Regibus Israelitarum multoties perfida, & antehac ne ipsis quidem Romanis, terrarum dominis, tuta; in Ægypto enim ante annos circiter 44. crudelissimè cæsus erat Pompejus, illic non multos post Julius Cæsar vitæ periculum adierat, eadem Ægyptus Antonio quoque fatalis fuerat, cujus post obitum, Augustus, in provinciæ formam illam redegit. Quis ergo regionem tot cædibus & proditiionibus infamem, non exhorreret? si Bethlehemi tam incommode diversabantur Christi parentes, quid in Ægypto sperarent, ipsum certè Ægypti nomen terrorem metumque illis poterat incutere. Sed locus hic fugæ Christi destinatus est, quia (1.) ad fugam commoda erat Ægyptus, quippe ditioni Herodis non subjecta: quia (2.) vicina erat Judææ Ægyptiorum regio, ut facilius illuc transire potuerint, cum Mercatoribus & aliis iter eò facientibus: quia (3.) implenda erat prædictio, Ose. 2. de qua postea: Typus Moïsi & Iosephi una cum aliis rationibus huc spectantibus supra vidimus. ¶ Discamus hic, nullam gentem adeò esse impiam, apud quam Christus non sit locus futurus, si

*Ægyptiorum
mores.*

*Christus inter
impios etiam
hospitium repe-
rit.*

id res postulet. *Ægyptus* hospitium jam antè præbuerat patribus *Joseph*o in primis, jam idem præstat *Christo*: Sic *Dominus* de hospitio suis prospicit, ut errent, si *Judæa* *Christum* pellit, suscipit *Ægyptus*: si cognati pellunt, si patria abjicit, ne desperemus, dabitur locus intra *Advenas*: si pellit *Europa*, suscipiet *Asia*: *Davidem* è *Judæa* pulsum, suscepit *Palæstina*, i. *Sam.* 27. v. 1. *Iosephum* à fratribus venditum, fovit, imò vehementer evexit *Ægyptus*, *Genes.* 41. v. 40. *Elias* pulsus alitur à corvis, i. *Reg.* 17. v. 6. deinde à vidua in *Zarpath*, ibid. c. 10. *Basilii* capitaneo *Valentis* quærenti ubi mansurus? respondebat: *Sub cælo*, *Lutherus* minitanti dicebat *Cajetano*: *Si terra nos non capit, cælum capiet*. *Jacta* itaque curam tuam in *Dominum*, *Psal.* 55. si ejiciat ex patria, dabit locum, occasiones, media, ut commodè apud alios habitemus, *Domini* enim est terra & plenitudo ejus, *Psal.* 24.

Et esto illic, usque dum dixero tibi.] *Quinta* hujus historiz circumstantia est: *QUAMDIU* in *Ægypto* manere *Joseph* cum puerulo debeat? nempe *donec dixero*, non itaque *exilium* *Jesuli* nostri erit perpetuum, sed tutus in *Ægyptum* venturus est, ibi servandus est, tandemque incolumis rediturus est, eo ipso revocante & comitante *Angelo*, qui *Josephum* jam in *Ægyptum* avocat; & putat *Epiphanius*, contra *Antidico-Marianitas*, duobus annis in *Ægypto* hæsisse *Christum*, *Sabellicus* autem septennium huic assignat *exilio*, cum *Herodes*, septimo post *infanticidium* anno mortuus sit, quod si ita est, completur illud *Germanorum* proverbium: *Ein toller Hund leufft nicht vber sieben Jahr*. Alii quatuor ponunt annos, *Buntingius* in prædica annum saltem unicum; sed parum refert, Tu hinc observa, ¶ I. *DEUM* nunquam vulnera sanctis suis infligere, sine addito emplastro & medicamento, *Gott schleget keine Wunden / er gebe denn heilsame Salbe dazu* / quantum putas vulnus cordibus *Joseph* & *Mariz* inflatum esse, per fugam *Ægyptiacam*, quâ deserere coguntur sanctuarium, Templum, patriam dulcissimam, agnatos, amicos, facultates omnes, coguntur adire homines planè ignotos, barbaros, naturâ infidos & crudeles, à religione sua alienos, adeoque Hostes planè infensos sibi? Sed statim Emplastrum additur jucundissimæ promissionis, non ibi semper, mi *Joseph*e, manebis, sed suo tempore, certè revocaberis, cum scilicet dixero tibi: sic *Abrahamo* revelatur servitus posterorum suorum in *Ægypto*, sed statim additur, quod tandem preciosis onusti spoliis,

*Dens non vul-
nerat sine Em-
plastro addito.*

spoliis, sint exituri, Genes. 15. v. 14. mandatur Jacobo, ut ad filium Josephum in Ægyptum haud gravatim descendere debeat, sed statim additur: Ego tecum ero, & *reducam te*, Genes. 46. v. 4. sic prædicitur quidem Israelitis captivitas Babylonica, sed statim additur, post annos 70. eos liberandos, Jerem. 25. v. 12. usque adeò fidelis est DEUS, ultra vires neminem tentans, 1. Cor. 10. si mortificat, suo etiam tempore vivificat, 1. Sam. 2. si onus imponit, juvat, Psal. 68. ¶ II. Observa, ex Ægypto crucis & calamitatum neminem redire posse, ante DEI liberationem & vocationem; rediit Josephus cum puerulo, sed tunc demum, cum ipsi ab Angelo fuerit dictum: itaque in egestate, in morbis diuturnioribus, in exilio, in carcere, ne quæras ante tempus illicitas evadendi rationes, & media injusta, quia sub cruce nobis etiam dicitur: *Mane isthuc donec ego dixerero tibi*, numeravit DEUS omnes capitis nostri capillos, Matth. 10. v. 30. habet nostra tempora in manibus, Psal. 31. est adiutor in oportunitatibus Ps. 9. *Er weiß wol wenns am besten ist*, si itaque moram fecerit Dominus, expecta eum, veniens veniet, Hab. 2. Sic etiam in cujusque functione: Tu minister verbi quanta-quanta etiam sit auditorum ingratitude & perversitas, noli tamen cum Elia stationem deserere, 1. Reg. 19. sed audi quid Angelus dicit: *Mane isthuc, donec dixerero tibi*: Qui in magistratu es constitutus, quanta-quanta etiam sit curarum & laborum molestia, ne deseras Rempublicam, sed attende Angelo dicenti: *Mane isthuc donec dixerero tibi*: in Oeconomia quanta-quanta hodie oriatur rerum penuria, mane tamen isthuc nempe in vocatione, non oderis laboriosa opera & rusticationem creatam ab altissimo, Syr. 7. v. 16. malæ enim fidei miles est, qui stationem deserit, nec frugi servus, qui, hero incio aut nolente, ab opere cessat, aut ferias sibi ipsi indicit, priusquam pensum absolverit diurnum. *Manete itaque, vigilate & orate*, Matth. 26. non vigilare solum & orare, sed & manere jubet Dominus. ¶ III. Observa DEUM non omnia sanctis suis revelare simul, sed paulatim eos informat. Josephus noster, initio, de conceptione tantum Christi informabatur, multa alia in hoc negotio ipsum latebant, jam de fuga quidem admonetur, de reditus autem tempore certi quid non audit, quia alio tempore hac in parte admonendus: sic Augustinus fatetur, non uno momento omnia se scivisse, sed scribendo profecisse: sic Lutherus post semel, contra Papatum jactam aleam, paulatim magis magisque illuminatus est, und ist niemals vrpöblich ein Doctor vom Baum

*Ante tempus ex
Schola crucis
non suffugiendum.*

*Deus suos non
statim sed paulatim informat.*

Baum gefallen / sed cum DEO & die profecerunt, qui unquam profecerunt, idque propterea facit Altissimus, ne insoleamus, sed pro augmento donorum in dies ipsum oremus, &c.

Futurum est, ut Herodes quærat puerulum.] Sexta hujus historię circumstantia est: QUARE fugere Christus debeat, & jucunda iterum sunt omnia Angeli verba. Nominatur (1.) is, à quo metuendum periculum, *Herodes*, qui dictus est *Ascalonita*; ab urbe Idumæa *Ascalon* unde oriundus, *Magnus* verò ob res magnificè gestas, *Tyrannus crudelissimus*, hypocrita astutissimus, de quo, & aliis ejusdem nominis, noti sunt versiculi:

Ascaloniti necat pueros (Matth. 2. v. 16.) Antipa Ioannem, (Marc. 6. v. 27.)

Agrippa Iacobum (Actor. 12.) claudens in carcere Petrum.

Occasio itaque fugæ hæc fuit, noverat Herodes Judæorum contumaciam, quam scilicet ad res novas attentandas essent proclives: noverat Magnificas Judæorum de Messia suo jactationes: noverat dixisse Phariseos DEI decretum esse, ut regnum ab Herode auferretur, Joseph. l. 17. c. 3. adhæc Vaticinium Michææ expositum erat, de rege aliquo mundano, sive quod Herodes ita intellexit, sive quod Pharisei, ut erant opinionibus carnalibus ebrii, ita sunt interpretati, augebant insuper suspicionem Magi non revertentes, proinde Regem Judæorum in ipsis perimere cunis Herodes cogitat. Ponitur (2.) cui Herodes struat insidias, quod videlicet ille insidietur non bonis, non famæ, non externæ possessioni Iosephi, sed puerulo, cur non puerulis, cum Herodes omnes Bethlehemitarum & vicinorum liberos voluerit extinctos? Resp. Diabolus semper petit rei caput, in paradiso non de Adami posteritate, sed de ipso Adamo seducendo cogitat, & hic non de Iosepho, non de Maria, non de Bethlehemitarum liberis Satanias laborat, sed de puerulo, ut ita Christi regnum in prima statim herba supprimat. Indicatur (3.) frustraneus Herodis conatus, quærit quidem pueram ad necem, h. e. nullis parcat laboribus, omnem movet lapidem, sed in cassum tamen laborat, cum aliud sit *quære* & aliud *invenire*, sicque nihil, præter irritum & inanem conatum, tyranno tribuit Angelus. Pulchrè tandem (4.) Herodis proditur astutia, occultaverat ille consilium suum summo studio, ne Bethlehemitici cives suos occultarent liberos, *es were Herodi leid/dasß sein Heimbd ain Leib wissen solte/was er vor hette/sind phrasin ille immutat & Magis dicit, se unà cum illis adoraturū puerulum, ja wol*

Adorare & trucidare Herodi sunt Synonima.

ambe

ambecen/mis langem Gypses! sicut Bajacetes Abrahæ promissit, quod per omnem vitam (sein éblang) ipsi nocere nolit, tandem autem in somno Abrahæ interfici jusit, hac elusione, quod homo dormiens non tam vivus sit quàm mortuus: & Dux Albanus Harlemensibus ferè promissit, ex illis neminem se interfecturum, postmodum verò primarios carceri inclusit & fame necavit, hac prætenfa excusatione, quod vitam quidem ipsis promississet, at non victum, talis etiam Herodes est. Sed quicquid ille fingat, Angelus tamen optimus & Grammaticus est & Theologus, callet Tyranni idioma, scit Herodi Synonima esse *adorare & trucidare*, idèd satis luculenter omnia prædicit. ¶ Observemus hic (1.) Veteres rectè dixisse: Omnis mali causam esse ignoracionem scripturarum, & profectò infanticidii Bethlemitici potissima fuit causa, quod Pharisei, ac Scribæ vaticinium Michæ 5. non rectè exposuerunt, nominatur in hac prædictione prophetica Dominus Messias, Moschel à Maschal, sunt dicteria majestate, sapientia & autoritate plena, additur quod Dux Bethlemiticus debeat *pascere* (*noquavèi*) populum Israel imò dicitur quod illius Moschel egressiones sint à diebus æternitatis, hæc omnia si Pharisei & Scribæ de regno Christi spirituali rectè exposuissent, nunquam Herodes Christum recensatum timuisset, nunquam infanticidium illud crudelissimum perpetrasset: sed ut Pharisei Micham tractarunt, ita etiam ante centum annos Papistæ tractabant B. Lutherum, cujus mentem & doctrinam si illi rectè exposuissent, Lutherus certè & Lutherani multò faventiores habuissent Imperatorem, Reges & Principes, quibus cum illo tempore sit persuasum, Lutheri doctrinam prohibere bona opera, denegare magistratui debitam obedientiam, pedibus conculcare sanctos, adeoque omnis nequitie fontem esse, mirum certè non esset, si idem tentassent Imperator, Reges & Principes, quod Herodes hic tentavit, attendat itaque quilibet nostrum, ut verum scripturarum sensum teneat, *legisse enim & non intellexisse nocet*, unde Servator, *Qui hæc legit attendat*, Matth. 24. ¶ Observemus (2.) *Qui veri exules.* quis sit verus exul! Exilio certè vix quicquam gravius est atque molestius, cum in eo concurrant omnia ferè, quæ homini dura videntur & intolerabilia, qualia sunt: *natalis soli amissio, opum jactura, videndi incommoditas, & labores difficilissimi* cum infamiae nota ferè non conjuncti: qui itaque exules se dicunt, videant etiam ut veri sint exules, Josephus certè exilii sui habet causam justissimam, honestissimam, optimam, **D** **U** **M**

Diabolus pios
frustra perse-
quitur.

jubentem & imperantem, Angelum consulentem, Herodem persequentem: requiruntur ergo ad verum exilium 1. *fuga necessitas*, 2. *obsequiū humilitas*, 3. *Christi societas*, 4. *Patientia firmitas*, &c. faciliè hæc latius extendi possunt. ¶ Observemus (3.) DEO non permittente, in vanum laborare Diabolum & omnes Tyrannos, Herodes quærit puerulum ad necem, sed quærat, & in omnibus quidem Bethlehemi angulis quærat, nunquam tamen inveniet, sic DEUS adhuc novit modos suis è tentationibus eripere, aliquando ostendit suam *sapientiam* occulta revelando, ut hoc loco, 1. Reg. 17. v. 2. 2. Reg. 6. v. 10. aliquando exerit suam *providentiam* media elabendi ostendendo, Genes. 19. 1. Sam. 32. Actor. 12. aliquando demonstrat suam *potentiam* vel hostes cœcitate puniendo, 2. Reg. 6. vel impedimenta eis objiendo, 1. Sam. 25. v. 27. fidamus itaq; tam bono Domino, adversus quem nullum consilium, Job. 5. v. 12. Prov. 21. v. 30.

Ille verò experrectus accepit puerulum.] Habuimus DEI *mandatum*, sequitur *Iosephi obsequium* omninò laudandum, non attendit ille infantuli teneritatem, non matris imbecillitatem, non itineris longinquitatem, non excusat se dicens: *Quid puerulus ille ad me, qui non est genitus ex me? cur ego privatus velim servare eum, quem Rex vult perditum? cur multiplici periculo me exponerem? cur Iudæa fines egrederer? cur desertum, non sine insigni discrimine, adirem? & si maxime in Ægyptum veniam, num ibi tuto potero latere? an nescis longas regibus esse manus? certè Ægyptus etiam Casaris paret imperio, Caesar autem Herodi amicissimus, si DEI filius est puer iste, quin seipsum servat, & Herodem quo dignus est supplicio afficit? quid opus est illos adire, apud quos nec fidem meam tuto profiteri, nec sacris à DEO mandatis interesse potero?* Deipara certè excusationes longè plures, longè majores habere potuisset, sed paret uterque, noctu fargit Iosephus, assumit puerulum, abit in Ægyptum, tantum scimus ex historia nostra, de aliis non sumus solliciti, quid n. opus quærere an puer terrestri via, an maris abierit? an asinâ vectus? an in humeris portatus; quo nonnulli accommodant dictum, Ezech. 12. v. 12. imò quid opus est inquirere, ubi manserit Christus? Sunt qui designant *Heliopolin* Hierosolymis distantem 76. Milliar. alii *Babylonem* nominant, quæ dicta fuit Memphis, post Caria, ubi fons in magna veneratione habitus est, cum Maria & filiolus defatigati, ex eo biberint, juxta Abulensem: alii nominant *Mathacæam*, vel *Matracæam* vel *Maturæam*, à Cairo 10000. passuum distantem; alii hic placet

placet terra *Gessen*, ab Hebræo *Gusch*, *gleba coherescens*, ubi Jacob & filii ejus habitaverunt, Hierosolymis mill. 50. Jacob. Zieglerus. Sed, ut dixi, nihil certi nostra de his historia habet, multò minus magnificere possumus ficta illa miracula, quæ circa hanc Christi fugam olim narrabantur: Quomodo scilicet parentes Christi, à latronibus in deserto apprehensi, & mirabiliter liberati sint, per illum latronem, qui postea, Christo crucifixo, à dextris suspensus fuerit: quomodo ante Hermopolin Thebaidos civitatem, proceram quædam arbor, *Persis* dicta, ad terram usque, puero Jesu & matre prætereunte, se inclinavit, adorationis speciem præbuerit & postea tantam vim acceperit, ut si tantum vel folia vel cortex illius arboris collo ægrotantiû alligarentur, statim pulso morbo, restituta sit sanitas: Quomodo univèrsa Ægypti idola adveniente Domino corruerint, indeque Ægyptios, virginem in lecto & infantem in præscipio, postea adorasse, juxta Dorotheum Martyrem in Synopsi: Quomodo in Mataræa ostendatur hortus arbuscularum Balsami, quæ à puero Jesu plantatæ & ex fonte vicino irrigatæ fuerint: Quomodo etiâ Angelus Jesulo & parentibus ejus in deserto attulerit cibum, id quod, referente Buntingio, nonnulli statuerunt, sed quid opus est his fabulis inhærere, quibus non indiget is, qui veritatem docet, Syr. 34. v. 8. ¶ Discamus hic (1.) obedientiam verè optimam esse reverentiam & holocaustum non infaustum, 1. Sam. 15. v. 22. ut n. apud Josephum plus hic valet DEI præceptum, quam ratio, consilium & itineris periculum: ita & nos pluris faciamus solius mandantis DEI auctoritatem, quam omnium periculorum difficultate, idque exemplo Abrahæ, Gen. 22. v. 10. Pauli, Gal. 1. & aliorum sanctorum, de quibus Bernh. *Verus obediens non attendit, quale sit quod præcipitur, sed sufficit ei, quia præcipitur.* Avocet ergo à DEI mandatis mundus, retardet caro, resistat Satanas. Tu tamè in DEI præceptis strenuè pergas, cum rebellio scelus sit & idololatria, 1. Sam. 15. v. 23. justam retributionis mercedem accipiens, Hebr. 2. v. 15. ¶ Disc. (2.) Regulam verè Christianam esse: Sit serpentinus oculus in columbino corde, Matt. 10. v. 16. serpentinx enim illius prudentiæ non ultima pars est, quod Josephus fugit in illa statim nocte, qua mandatum accipit, nec diem expectat, cum periculum in mora summum fuisset, pertinet hæc exemplum Pauli, Act. 9. v. 25. Davidis, 2. Sam. 15. v. 14. & aliorum qui sciverunt, & sine simplicitate prudentiam esse, malitiam, & sine prudentia simplicitatem esse stultitiam, Hieron. ¶ Discamus (3.) Jlicet piis

Optima reverentia Obedientia.

Serpentinus oculus in corde columbino.

Conversatio
cum impiis

molestissimum sit cum impiis conversari, id quod testantur exempla Lothi, 2. Petr. 2. v. 7. Davidis, Psal. 120. v. 5. Judæorum in captivitate Babylonica, Psalm. 137. v. 1. Licere tamen cum impiis conversari, docent & hæc historia, & Christi oratio, qua petitur, non ut discipuli tollantur *de mundo*, sed ut custodiantur *in mundo*, Johan. 17. v. 15. & necessitas, cum alias mundo exeundum, 1. Cor. 5. v. 10. & concessio Pauli, 1. Cor. 10. v. 27. & exemplorum multitudo, ut Josephi inter Ægyptios, Danielis inter Assyrios, Naemani inter Syros, Camerarii Reginae Candaces inter Æthiopes, &c. ubi tamen cautè attendendum, ne tangendo piecem inquinemur, Syr. 13. ne vè cum perverfis pervertamur, Psal. 18. v. 27. eatenus enim attendendum illud Pythagoræ adagium: *Qua nigra-tes habent caudas, gustare non oportet*, h. e. quos morum depravatio denigrat, cum illis consuetudo non est habenda.

Ut impleteretur quod ait Dominus per Prophetam. I

Quæritur ubi hoc extet Vaticinium? Hieronymus dicit, defunctum illud esse ex Num. 24. v. 8. ubi Bileam dicit: *DEVS ex Ægypto vocavit eum, gloria ejus, quasi gloria unicornis*. Sed rectius dicitur, hic allegari Oseam cap. II. v. 1. ubi cum LXX. Interpretes ponant: *Ex Ægypto vocavi*, non Filium meum, sed: *τὰ τέκνα αὐτῆς, Filios ejus*, hinc Julianus, Hieronymo teste, ansam arripuit exagitandi Christianos, quasi Matthæus iudificet Scripturam & violenter detorqueat ad Christum, quod quidem de populo Israelitico dictum sit: sed res plana est, cum dictum hoc de Christo tripliciter possit exponi, 1. *TYPICÈ*, cum populus Israel pulcherrimam Christi figuram gesserit, ut mox videbimus. 2. De Christo etiam Oseæ verba rectè intelliguntur *ANALOGICÈ*, propter arctissimam capitis & membrorum conjunctionem, si itaque Oseæ dictum verum est *de membris*, multò magis *de capite* verum erit. 3. Sunt etiam qui dicunt *PROPRIÈ* & literaliter hoc Vaticinium de Christo agere, scriptura enim toties impletur, quoties quæ prædicta sunt ipso opere ac eventu comprobantur, & pertinent huc regulæ Chemnitii, quod nimirum scriptura 4. modis impleatur, vide sis Harm. Chemn. cap. 12. p. 258.

¶ Typus autem Israelitarum ita se habet, 1. ut Israelitarum dicuntur *filii Dei primogenitus*, ex adoptionis scilicet gratia, Exod. 4. v. 22. Ita Christus Filius DEI primogenitus est *per Naturam*, origine non adoptione, veritate non nuncupatione, nativitate non creatione, Hilar. l. 3. de Trin. 2. Ut Israelitæ in Canaan nati, in Ægyptum autem Josephi tempore translatisunt: Ita & Christus in Canaan natus, per Herodem in Ægyptum

Dictum Ose. II.
v. 1. Ex Ægypto,
&c.

Israelita quomodo
Christi
Typus.

ptum fugatur, ubi unà cum parentibus suis, sicut Jacob unà cum filiis, conservandus. 3. Sicut Israelitæ vixerunt sub Pharaone *infanticidâ*: Sic & Christi fugam ipsum statim *infanticidium* Bethlehemiticum subsequitur. 4. Ut Israelitæ, mortuo *infanticidâ*, ex Ægypto egressi sunt: Ita & Christus revocatur ex Ægypto mortuo Herode. 5. Ut Israelitæ ex Ægypto ducti sunt per Mare rubrum, Ita Christus in Jordane tinctus est Baptismi fonte, cujus quidem egressus per mare rubrum typus fuit, 1. Corinth. 10. v. 2. 6. Ut Israelitæ in deserto fuerunt annis 40. antequam terram promissam occuparent, Ita & Christus, post acceptum Baptismum, in deserto 40. diebus ac noctibus hæsit, ac demum officium inchoavit. 7. Ut de Israelitis dicitur: *Portavit te Dominus, sicut homo solet gestare parvulum filium suum*, Deut. 1. v. 31. ita Dominus gloriæ verè in ulnis hîc portatur, sicut solet homo gestare parvulum suum filium, unde nonnulli huc referunt dictum, Ezech. 12. v. 12. *Dux qui in medio illorum est, humeris portabitur, in caligine egredietur, parietem perfodiet, ut educant eum, &c.* attamen cum Hebræi fontes habeant: *Dux qui in medio illorum, non PORTABITUR, sed PORTABIT*, utique hic locus non agit de Christo gestato, sed potius de rege Sedechia, qui in migratione Babylonica gestare debebat sarcinulas, sive instrumenta migrationis, ut ex collatione versus tertii & quarti dicti capitis satis liquet. Et tantum de Christi Servatoris exilio. *Tu nos Christe Iesu tuere ab exilio mortis æternæ, AMEN.*

Loc. Ezech. 12. vers. 12. non agit propriè de Christi fugâ.

In Festo Epiphaniæ Domini, Evangelium, Matth. 2.



QUM autem natus JESUS esset in Behlehem, in civitate Judææ, temporibus Herodis Regis, Ecce Magi ab Oriente accesserunt Hierosolymam, dicentes: Ubi est ille, qui natus est Rex Ju-

Rr 3 deo-